



Disputatio juridica inauguralis de legatorum materia

<https://hdl.handle.net/1874/341830>

2

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
LEGATORUM MATERIA,

QUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
Ex auctoritate Magnifici Rectoris,
D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inclyta Academia Ultrajectina
Professoris Ordinarii, & Ecclesie ibidem Pastoris facundissimi,

NEC NON
*Amplissimi Senatus Academici Consensu & Alma
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*
PRO GRADU DOCTORATUS
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus, &
Privilegiis ritè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

JOHAN OCKERTZ, Metelliburgo-Zelandus,
Ad diem 27. Martii, loco horisque solitis.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, cło Ioc Lxxxvi.

DEO,

PATRI,

ET

FAUTORIBUS

SACRUM.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
MATERIA LEGATORUM.

Prooemium.



Ore autem solito, *materie disputationum pro Gradu Doctoratus Summisque in Utroque Honoribus quatuor mihi praescriptae sunt, quarum, Legatorum materia mihi maxime arrisit, in qua ea omnia in sequentibus (quantum ingenii mei tenuitas fert) breviter ac utiliter, quae sunt milia explicare conabor.*

T H E S I S I.



Prooemio vero absoluto, sequitur tractanda ipsa Legatorum materia. Primo de Legatorum Etymologia & definitionibus inchoandum est, ut verius scilicet est disputationum natura. Legatum ergo à legando dictum *arg. l. 116. ff. de legat. 1. Parat. Wesenb. ibidem nu. 2.* Definiebatur autem quatuor modis, Prima definitio Ulpiani est *in fragm. tit. 24.* quod Legatum est, legis

4 DISPUTATIO JURIDICA

gis modo, i. e. instar legis imperativæ, & directis verbis in testamento relinquitur, ut do, Lego, &c. nam eo qua verbis præcariis relinquuntur, ut rogo, peto, &c. fidei commissa ex re appellantur §. ult. *infra de sing. relict. per fideicom. relict.* Secunda est Modestini, qui asserit Legatum esse donationem testamento relictam l. 36. ff. de legat. 2. Tertia est Florentini, qui affirmat legatum esse delibationem hæreditatis, qua testator ex eo, quod universum hæredis foret, alicui quid collatum velit. l. 116. Dig. de legat. 1. Quarta est hoc loco Justiniani, qui dicit legatum esse donationem quandam l. 16. ff. de legat. 2. defuncto relictam ab hærede præstandam, ut patet in §. 1. *instit. hoc tit.* quæ definitiones verbis quidem differunt; sed re ipsa tamen & sententia plane congruunt, ut eleganter ac nervose denotat *Donellus* l. 8. *Comment. cap. 1. pag. 222.* cum seqq. cæterum explicatione trium priorum prætermittam, hanc Justinianeam solam exponam.

I I.

Dictum superiori thesi, legatum esse donationem quam à defuncto relictam ab hærede præstandam, probatur §. *instit. h. tit. & l. 36. ff. de legat. 2.* ratio quia ex mera liberalitate ac munificencia proficiscitur l. 1. ff. *donat. l. 18. ff. de adimend. vel transff. legat.* legatum porro esse quandam donationis speciem, sunt qui, quadam adjectione affirmant: ut ab aliis donationum speciebus ac generibus distinguantur ut vel magis sit mortis causa, quam inter vivos, ratio differentia, quia donatio inter vivos non potest revocari, nisi ex justa causa ingratitude §. 2. *instit. de donat. & l. ult. Cod. de revocand. donat.* ratio alterius partis est, quia donatio mortis causa pro lubitu possit revocari l. 3. §. ult. & leg. seqq. ff. *de adimend. vel transff. legat. & l. 1. Cod. de SS. eccle.* à defuncto relictam ab hærede præstandam. Hæc verba ideo adjecta videntur, ut legatum distingueretur à fideicommissio, quod sæpe solvitur à legatario §. *præterea in fin. infra de fideic. hæred. & infra tit. de sing. reb. per fideicom. relict. in primis.*

I I I.

Olim quatuor legatorum genera fuere, puta legatum vindicationis, damnationis, sinendi modo, præceptionis §. 2. *instit. h. tit.* Primo, legatum vindicationis erat, si testator ita locutus esset, il-

lans

lam rem do, lege, capite, sumite, & vindica. olim etiam per vindicationem res tantum propria legari poterat teste *Ulpiano d. tit. 24. in princ.* in legato generis sive disjunctionis per vindicationem electio fuit legatarii, ut & per vindicationem, quibus res eadem disjuncte erat legata, dicebantur re conjuncti, quibus per damnationem non item *Ulp. d. tit. 24. §. si duobus & l. si duobus, ff. de legat. I. l. 1. §. ubi autem. Cod. de caduc. toll.* fructus futuri non per vindicationem legari poterant teste *Gaio. tit. d. legat. instit.* Hujus Legati nomine tamen in rem actio competebat. Secundo Legatum damnationis erat, *heres meus damnas esto dare 100. ut in dd. locis, dato, facito, heredem meum dare jubeo &c.* per damnationem res aliena legari poterat, & fructus futuri, *in dict. ulp. tit. 24. in princ. & teste Gaio. tit. de legat. in instit.* in legato generis sive disjunctionis per damnationem electio fuit penes hæredem *Ulp. d. dict. tit. 24.* ex legato damnationis actio nascebatur in personam olim ex legato damnationis in personam; sed hodie ex quolibet legato utraque est actio. *§. non solum, infra hoc tit.* omnia legata hodie gaudere unâ eademque natura satis patet *ex l. 1. Cod. comm. de leg. & §. 2. h. tit. instit.*

I V.

Tertio, sinendi modo legatum erat, *heres meus sumito illam rem illum sumere, sibi que habere,* & eo modo poterat legari res corporalis & incorporalis *l. 41. Dig. de legat. I.* ex hoc legato itidem actio ex testamento in personam datur. Quarto, legatum præceptionis erat, *Lucius Titius rem illam præcipito.* eo modo non nisi uni ex hæredibus legari poterat, ut aliquid præcipuum ex hæreditate haberet. Et si conjunctim multis, aut disjunctim singulis relinqueretur, una res omnibus tantum, quæ nominata erat, debebatur: non uni vero res, & alteri æstimatio. Quod per præceptionem relictum erat, actione familiæ *Erciscundæ* poterat exigi ut notat *Johan. Harpprest. lib. 2. inst. hoc tit.* sed recte *Justinianus* has divisiones & distinctiones è medio sustulit, & legatariis concessit tres actiones, nimirum actionem in personam, in rem, hypothecariam, *ut in instit. §. 2. h. t. & l. 1. Cod. comm. leg.* propria divisio enim hæc est, vel legatum est pure relictum vel conditionale *l. 1. ff. de demonstr. & condit.*

6 DISPUTATIO JURIDICA

V.

Legata relinquere, concessum est iis omnibus, qui & testamenti factionem habent activam *l. 2. ff. de legat. 1.* etiam omnibus iis legatum relinquitur, cum quibus testamenti factio est passiva. §. 24. *instit. hoc tit.* idque duobus temporibus notandum est, scilicet tempore facti testamenti & mortis testatoris. *l. 49. §. 1. ff. de hered. instituend.* plura tempora non inspiciuntur: nam à morte testatoris dominium rei legatæ recta via transit ad legatorium ut notat *Zoef. ad hunc tit. nu. 11.* è contrario vero non recte legatur iis, qui non sunt in rerum natura, nec deportatis, nec servis pœnæ, nisi alimenta *l. 3. ff. de his qui pro non scrip. l. 11. ff. de aliment. leg.* nec collegiis illicitis nec personis infamibus puta lenonibus aut meretricibus *arg. l. 8. Cod. de hered. instituend.* pauperibus vero licitis collegiis rectè legatur *l. 117. & 122. ff. de legat. 1.*

V I.

Res enim omnes, quæ in commercio hominum sunt, legari possunt corporal. & incorporal. puta servitutes, *l. 41. ff. de legat. 1.* tam præsentis, quam futuræ §. 7. *instit. hoc tit. l. 51. & 17. ff. de legat. 3.* fructus vero, qui legati sunt ea conditione, si nati sint, recte debentur *l. 1. §. ult. ff. de cond. & demon;* res sive mobiles, sive immobiles, modo commercio non sunt exemptæ *l. 39. §. 9. ff. de legat. 10.* non solum propriæ testatorum, sed etiam alienæ *l. 39. §. 7. ff. de legat. 10.* debitori liberatio vel in perpetuum, vel ad tempus rectè legatur. *l. 20. dig. de liberat. legat.* e contrario quod si debitor creditori suo legaverit, quod debetur, inutile & legatum, si nihil plus sit in legato, quam in debito, quia nihil emolumenti adfert *l. 28. cum l. seqq. ff. de legat. 1.*

V I I.

Expositum superiori Thesi, res omnes posse legari, ex eo oritur quæstio illa, an res penes hostes rectè legetur? distinguo: res vero apud hostes existens, aliquando nostra fuit, & ea recte legatur, ob spem postlimini, quod evidens est *in l. 9. & l. 48. dig. legator. 1.* quod tamen fieri potest, ut eam, devictis hostibus, recuperemus, aut prætio redimamus. *l. ult. ff. de act. empt. & vend. ff. l. 9. l. 98. dig. legat. 1.* res autem, quæ plane est hostium

hostium, semperque penes eos fuit, aut emi, & ad nos transferri potest, ut res mobilis, tunc recte legatur aut ad nos transferri non potest, ut res immobilis, tunc non recte legatur. *per l. ult. §. etiam dig. de legat. 1. & per l. 103. in fin. dig. de verb. oblig. sed si tamen aliquo casu fortuito emi possit l. 104. dig. de legat. 1.*

VIII.

Est autem jus accrescendi, quo portio deficientis accrescit portioni non deficientis inter conjunctos heredes & legatorios. Fit autem conjunctio tribus modis, re, verbis, re & verbis simul *l. 142. ff. de verb. signif.* Quæritur tamen, an etiam inter illos fit jus accrescendi, qui verbis tantum sunt conjuncti? quod affirmo *per l. 1. ff. de usufr. accresc. & l. 16. §. ult. dig. de legat. 1. & l. unica §. 10. & 11. Cod. Caduc. toll.* præfertur omnimodo cæteris, qui & re & verbis conjunctus est; sed si re unus est conjunctus, alter verbis quid dicendum? qui vero verbis conjunctus est, præfertur *per l. 89. in fin. dig. de legat. 3. Zoz. ad hunc tit. un. 50. Fach. lib. 5. cap. 50.*

IX.

Si servus fuerit cum peculio legatus, mortuo servo vel manumisso, vel alienato peculii legatum extinguitur. *§. 17. inst. hoc. tit. l. 1. ff. de pecul. legato*, ratio, quia peculium & accessorium servi *l. 2. ff. de pecul. lega. & l. 129. l. 178. ff. de Reg. juris.* sic & de penu legata cum vasis, penu consumpta, vasa non debentur, quia sunt accessoria *l. 4. in prin. ff. de penu legat.* idem est, si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit: nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur. *l. 5. ff. de instruc. vel instrum. legat.* peculium tamen legatum, sine dubio omne id quod peculio accedit, vel decedit vivo testatore legatario lucro vel damno est. *l. peculium. 65. ff. de legat. 20.*

X.

Hic porro notandum est: si quis alicui bona sua mobilia & ea omnia, quæ in domo continentur, nullo modo excepto, legaverit nomina tamen debitorum eo legato non comprehendendi, quod certum est, nisi aliud sensisse testatorem, legatarius probet. *arg. l. Cajus. 86. in princ. ff. de legat. 2. l. questum 78. §. III. dig.*

8 DISPUTAT. JURID. INAUG.

dig. de legat. 3. & l. questum 12. §. papinianus quoque 45. ff. de instrum. vel instrument. legat. Respondeo: nomina & nummos non deberi, neque, sigilla neque statuæ adfixæ, nisi manifeste de his quoque legandis voluntas defuncti testatoris apparuerit. ut patet *ex eadem dict. lege 78. §. 1. ff. de legat. 3.*

X I.

Denique magna & vehemens disputatio inter veteres JCtos fuit, puta, an in casu dubio, quando nomen hæredis inductum vel deletum est, an propterea favendum sit legatariis; quod omnino dicendum est, secundum *l. 3. & 4. ff. de his, qua in test. delent. induc. vel inscrib.* ratio quia nomina legatariorum non sunt inducta, ut patet *Dig. dict. l. vel quia in re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius, quam tutius est l. 192. ff. de Reg. Jur.*

X I I.

Dictum, quo modo, legata possint relinqui, & vim habere ultimo dicendum est, quo modo extinguantur aut transferantur vel adimantur. Legatum interdum extinguitur, si res legata sine facto, dolo, culpa hæredis perierit, aut in commercio esse desierit §. 16. *instit. hoc tit.* Secundo, si legatarius ante diem legati cedentem vivo testatore, decefferit. *l. un. §. 5. & §. 6. seqq. de cad. toll.* Tertio, cum res ex alia causa lucrativa ad legatarium venerit. §. 6. *instit. hoc tit.* Quarto, si testamentum Riptum irritumve sit *l. 17. ff. de injust. rupt.* Quinto, si conditio legati defecerit. *l. 2. & passim dig. de condit. & demonstr.* Sexto, ademptione adimuntur, vel ipso jure, vel ope exceptionis, ipso jure adimuntur, cum testator voluntatem mutat, quia ambulatoria est voluntas testatoris ad extremum vite habilum *l. 4. ff. hoc tit.* ope exceptionis, adimuntur, si quid contigerit ob quod ademptio præsumi debeat: puta si inimicitie capitales intervernerint *l. 3. §. 11. & l. 4. Dig. hoc tit.* Quæ vero voluntas est testatoris in adimendis, eodem etiam est in transferendis, transmutandisque §. 1. *instit. hoc tit. l. 24. Dig. cod.* Equidem plura, de legatis asseri possunt, verum singula hic latius persequi nec tempus, nec instituti ratio permittit.

F I N I S.